



Gadaricus filius Balti post patris obitum com
muni Gothorū consensu in regni solio collo-
cat. Is ob rerū geitarum magnitudine (ut Iordanes,
Rodericus Toletanus, et Albertus Crantzius testa-
tur) Magni cognomē adeptus est. Nam subditorū
irritatos inuicē animos ad concordiā & pacē redu-
xit, ac in officio cōtinuit. postea etiā uicinas gētes,
quæ se nō solūm in pristinā libertatē uendicare, sed
Gothicū nomen abolere statuerant, superauit & re-
gressit. Maximum illi bellū cum Gepidis fuit, qui
Vandalos & Scythes sibi coniunxerant, & subito
præter expectationē Gothiam inuaserant. In eo e-
iūm nō tantūm de fortunis, sed etiam de salute & li-

bertate dimicatum. Tandem inter utrancq; partem conuenit, ut Vandali post
hac non subditi, sed socij & confœderati Gothorum essent. Deinde Gadaric-
cus arma uiresq; suas ad Scythes usq; extendit, & ad præliū imparatos supera-
uit. Cū aut̄ Gadaricus in Vimerugiā reuersus esset, Scythæ iugū impositū im-
patienter ferentes, à se reiecerunt, & armis suā libertatem recuperarunt. Cla-
ruit Gadericus circa annum mundi 2640. Ioan. Mag. lib. i. cap. 20.